Fragmentarium

uerbis apli pendent· ubi dicit om̄a
que iudeis contigerunt in nr̄a figura
pcessisse· sicut et sequentia manifestat.
et in nr̄am salutē scripta esse ·ut n̄
(cōcupiscentes)
simus, malorum cy bonorum uitiorumq;· Questi
o est cum iudei multitudinē anima
liū et pecorum secum haberent· quare de
siderabant carnes · et quare n̄ comede
bant carnes animaliū· R· Domine pa
ter et deus uite mee ne derelinquas me in
cogitatu ma ligno extollentiam oculorum me
o rum ne dederis mi chi et desiderium ma
lig num auerte a me do mi ne aufer
a me concupiscen ti am et animo irreuerenti
et infrunito ne tradas me · domi ne·
V Ne derelinquas me domine ne adincrescant ig
norantie me e et multiplicentur delicta me a. Et animo.

Fugiamus ergo concupis *Lectio V*
centiā malam et pugnem⁹ contra eam·
in quantū ualemus· quia ut beat⁹
augustinus dicit· et in nobis quoq;
experimento pbare possumus· quod
om̄a mala p illam fiunt atq; patran
tur· Concupiscentiā autē malā ideo
dixi· quia et concupiscentia bona ē·
de qua dicit salomon· fili concupi
scens sapientiam· Et psalmista· Concu
piuit anima mea desiderare iusti
ficationes tuas· R· Girum celi circu
iui so la et in fluc tibus maris ambula
ui in omni gen te et in po pulo primatum
tenui superborum et sublimium col la
propria uirtute cal ca ui· V Ego
in altissimis habito thronus meus in columpna
nu bis· Superborum· *Lectio VI*

Neq; ydolatre efficiamini sicut quidam
illorum subauditur qui uitulū fecerunt
ad montē synai · quemadmodū scrip
tum est in eugelio · Idos grece· species
dicitur siue forma· Inde diminutiue
dicitur ydolū formula ex aliquo me
tallo ·siue ex lapidib; et lignis· Latria
quoq; greco uocabulo dicitur seruitus·
que omnipotenti dō soli competit·
Ex quib; nominib; componitur et di
citur ydolatria ille qui honorē et serui
tutem quam omnipotenti dō soli
debet exhibere ydolis impendit· inde
ydolatria ipsa res· R· Initium sapientie ti
mor domi ni intellectus bo nus omnib;
facien tibus e um laudatio eius ma
net in se culum secu li· V Dilec tio
illius custodia legum est quia omnis sa
pientia ti mor do mi ni· Intellect⁹.

In ill tempr· Dixit *Sc̄m lucā*
ihc discipulis suis· Homo quidā erat
diues qui habebat uillicum· et rl. · Omelia bi jero (marginal note: D'bi jero / pbr̄i de)
Usus scripture sacre est · ut aliquan
do iuxta litteram sic queda facta cō
memorat · ut tamen intellectum
spualem in eis requirat· Aliquando
ūo solūmodo p similitudinē quedā
pferenda cōmemorat· ut auditus
animum ad intelligenda inuisibi
lia emolliat· quod in eugelio frequen
tius inuenitur · ubi ex precedenti am
monitione similitudo nascitur · et ex
eadē similitudine ammonitio sub
infertur· R· Uerbum iniquum et dolo
sum longe fac a me domine diuitias et
paupertates ne dederis mi chi sed tan
tum uictui meo tribue neces saria.

Archief Nr. 42 extra

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 14, fol. [10]r – Noted breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-m557/7123/69833)